Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-236983-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-236983-p0002-3

LVI.

55

# GRATVLATORIA MISSA LIPSIAM HALA SAXONVM,

AD

CL. DOCTISS. ET OPT. V. POETAM CAESARIVM SS. Theol. Candidatum, Sponſum dignis.

Dn. M. IOHANNEM FORSTERVM AVROBACHIVM Fr.

Nuptias auſpicatò initas, celebrantem, prid. Non. IXbr. cIↃ. IↃ. C.

---

HALAE SAXONVM
In officina Typographica Pauli Gräberi excuſum, ANNO M.D.C.

514

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-236983-p0003-9

Cynthia ter roſeà ſua cornua luce repleuit,
Iuncta tibi atq́ mihi dextra vtriusq́ fuit.
Fauſtaq́ Cæſareo vati, Sponſoq́ precabar:
Firmante vnanimi fœdera ſancta fide.
Promiſi facilis, memini, tibi adeſſe petenti,
Cum ſacra te Sponſa diceret, ara virum.
Illius optatam quare expeto temporis horam,
Te, Philyrenq́ auidà cernere mente Deam:
Huius & affari cultores, nomine claros,
Et meritis: animo pectora fida meo.
Vita quid eſt aliud ſuperis celeſtis in oris,
Quàm conuerſari, cum quibus eſſe velis?
Vt Stygijs contra ſors eſt damnata ſub antris:
Miſceri, cupias cum quibus eſſe, minùs:
Sic conuerſatus, volo cum quibus eſſe; beatus
Cum ſuperis celo viuere, nonne puter?

*Ne tamen hæc ſit lux noni Imbris in æthere quarta,*
*Inuitum retinens quæ vetet ire, precor.*
*Dum video, eſt inimica dies; ideoque dolenda*
*Plus, me quo remorans eſt inimica magis.*
*Quid ſit? ego inuitus teneor: parere neceſſe eſt*
*Me tamen huic vltrò, nunc quod abeſſe iubet.*
*An verò à vobis, quia adeſſe negatur, amici*
*Candida corda, ideò mente remotus ero?*
*Sponſe ſed & FORSTERE tibi, abſens corpore quamuis,*
*Pectore ſum præſens; votaq́ʒ caſta fero.*
*Caſta Deus caſtus, præſens, vota audit, vbiqʒ;*
*Oris & hæc caſti vota rata eſſe velit:*
*Sit thalamus, domus ipſa, ſit omnis vita, amor, & mens,*
*Fœcundus, felix, ſuauis, amœnus, ouans.*

M. Chriſtophorus Cæſar ſcholæ Halenſis Rector.

ΩΝ χάριτες καὶ Πιερίδες καὶ ἔνολμος Ἀπόλλων
Σωρεύουσι λίην παντοδαποῖς δόμασιν.
Ὄλβιος ἐσόμεν, ἀλλ' οὐ μήνγε πανόλβιος αὐτόν·
τοῦτο γὰρ ἐλλείπει: κεδνὴ ἔστ' ἄλοχος.
Η πλευρὴ ἐρατοῦ πόσιος δέμας ἀμφαγαπῶσα
χάρματα πολλὰ φέρει, κάλλιμα τέκνα τίκτει.
Τοῦτο Θεοῦ παράκκει. ἐπικληθήσεται ἀνήρ
τρὶς μάκαρ ἀτρεκέως, τοῦδε ἀγαθοῖο λαχών.
Κἂν σοῦ μὲν ἢς φωστὴρ ΦΩΡΣΤΗΡΕ τοῦ Ἀπόλλωνος,
καὶ χαρίτων κάλλος, πιερίδων τε κλέος.
Ἐστ' ὅμως δύνασαι οὐ θὴν πολύολβος ἀκούειν,
Ἐλλείπει σε γὰρ ἕν, σὺν γαμετῇ ὁ γάμος
Ὃς κλυτὸν ἐν κόσμῳ καταλείπει ὄνομα πατρός
καὶ τύπον ἴσσοφυ τοῖς ἐπιγιγνομένοις.
Λεξάμενος δὲ κόρην εὐήθεα νῦν δ' ἦ ἀληθῶς
Ἀνθρώποισιν ἔχεις ἐν μακάρεσσι τόπον:
Ἀλλὰ διελθόντος τοῦ ἔτους, πατρὸς ὄνομα δέξῃ,
Τέξεται μήτηρ τέκνον, ἔρασμα βίου:
Καὶ σὺν αἰδοίῃ μνηστῇ ὁμοθυμαδὸν αἰέν,
καὶ ἐπὶ μήκιστον, γηθοσύνας τε βιοῖς.
Ταῦτα σοὶ ἐκ κραδίης εὐώνυμε εὔχομαι ἄνερ,
Οὐρανοῦ ἀκτίστως γῆς τε, βέβαια ποιοί.

M. Nicolaus Gerlach Hal. Scholæ patriæ
Collega αὐτοσχεδιασί.

# AD DN. SPONSVM.

ET regina tibi Paphi benigna eſt;
Se pridemq́; choris tibi benignis,
Iungit Sionijs ſimul puellis,
Iungit Pierijs ſimul puellis;
Multis IANE diſertior Poëtis,
Multis IANE politior Poëtis.
Et regina tibi Paphi benigna eſt
Apprimè; Clario duci nec ipſi
Palmam cedere ſcit benignitatis.
Illum imponere nam videns recentem
De Lauri tibi frondibus coronam,
De Myrti tibi frondibus coronam
Hæc imponere protinus volebat.
Ille vt carmina crebriore gemmà
Exornat; ſimul hæc amœniori
Iam cubilia donat ecce GEMMA,
GEMMA blandidulà venuſtulàq́;.
Cultum ille & faciens bonum Poëtam
Dat famæ celebris volare pennà;
Lætum hæc & faciens pium parentem,

Lecti non ſterilis vigere prole
Menſem poſt decimum dabit ſubinde.
Macte vtrâq; coronâ, vtrâq; gemmâ,
Culto carmine, pignore atq; multo.
Macte vtrinq; bonis: diu ſuperſis,
Quouis, IANE, celebrior Poëta,
Quouis atq; beatior parente;
Dum (non numine maximi absq; IOVAE)
Et Pindiq; Deus benignus vſq;,
Et regina tibi Paphi benigna eſt.

M. Georgius Schreinerus, Gr.
SCH. HALL. Collega.

ΛυχΛ.

PRæbet Acidalios flores ver; meſſis ariſtas;
Mala dat Autumnus; ſed niue canet hyems.
SPONSE tua, Aonidum ſtudijs exculta, juuentus
AEterni meruit floris odore decus.
Iam tibi meſſis adeſt, tibi nunc adducitur vxor,
Caſta, viri requies, caſta, timensq; DEVM.
Sponſa tibi fructus ventris ferat, auſpice IOVA
Te quoque prole piâ, clare POETA, beet:
Vt videas gnatos, & qui naſcentur ab illis,
Fulcra ſenectutis cara futura tuæ.
Grata Deo præſtes, te digna, ſalubria multis,
Toxica Cantharides, mella reponit apis.

Petrus Iſebergius civis Halenſis.

TITVLVS

*TITVLVS,*

# RESPONDENS HONORI,

Qui rectè tribuitur clariſs. Poëtæ

## *Dn. M. IOHANNI FORSTERO:*

EXPRESSVS

toto Diſticho ἀναγραμματικῶς:

## IOHANNES FORSTHERVS FRANCVS: MAGISTER, ET POETA LAVREATVS CAESAREVS: NOVVS SPONSVS.

*EN, FAS, TE TVA FAMA SONET, PIE SPONSE: GERVNTVR*
*LAVREA, RES, ARS, THVS, VIS, ROSA, SVCCVS, HONOS.*

ἀπόδειξις per εὐφημίαν:

*Doctrina, & nomen, FORSTERE POETA, celebre*
*Non valet obſcuro delituiſſe loco.*
*Ergò decet, FASq́; eſt, velut es productus in auras,*
*Sic quoq; laude vehens, TE TVA FAMA SONET.*
*Fama ſed hæc tribuit tibi, quæ tibi ſumma GERVNTVR:*
*LAVREA, RES, ARS, THVS, VIS, ROSA, SVCCVS, HONOS.*
*LAVREA non titulo tenus; at REq; ARTEq; ceſſit:*
*Vivida VIS SVCCVM præbet & inde bonum.*

*Omnibus hinc gratum* ROSA *florida ſpirat odorem:*
*Vnde tibi immenſo pondere creſcit* HONOS.
*Hic diuturnus honos erit: ara tibi ergò calebit*
THVRE *ſacra; & cunctis Numinis inſtar eris.*
*Sis igitur* NVMEN *culte* IMMORTALE P *eras;*
*Teq́ tuum multâ prole cubile beet.*
*Quodq́ cupis, cape nunc; tenerq́ faveto Thaliæ*
*Hoc plus, quo Vates maior es arte. Vale.*

## *CHRONODISTICHON ANNI celebratarum Nuptiarum, 1600.*

*SIt feLIX, opto, VobIs sIt frVgIfer IpsIs,*
*SIt Verè proſper, sIt DIVtVrnVs aMor.*

Ioachimus C. F. Cæſar Saxo-Halenſis
KI. IX. br. clↄ. Iↄ. C.

# FINIS.

a 2490

ULB Halle 3
003 485 986

Sb

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-236983-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-236983-p0012-9

LVI.

# GRATVLATORIA
MISSA
LIPSIAM HALA SAXONVM,

AD

CL. DOCTISS. ET OPT. V. POETAM CAESARIVM SS. Theol. Candidatum, Sponſum dignis.

Dn. M. IOHANNEM FORSTERVM AVROBACHIVM Fr.

Nuptias auſpicatò initas, celebrantem, prid. Non. IXbr. cIↄ. Iↄ. C.

---

HALAE SAXONVM
In officina Typographica Pauli Gräberi excuſum, ANNO M.D.C.

55

A 2

514

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-236983-p0013-4